



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

T

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 36 De ritu standi, sedendi, genuflectendi in Synodo. Gau. loco cit. cap. 28. à num. 14.
- 37 De Concione in Synodo. Idem c. 30.
- 38 Eliguntur examinatores Cleri, sex saltem. Trid. sess. 24. cap. 18.
- 39 Examinator Regularis proponatur de nomine proprio, & cognomine. Garzia par. 9. cap. 2. dub. 22.
- 40 Debent esse Magistri in Theologia, aut Doctores, vel licentiati in iure Canonico. Trid. loco cit.
- 41 Si desint eiusmodi, eligantur alij de Clero magis idonei. decifum refert Massob. in praxi de concursu. Requis. 11. dub. 2. in fin.
- 42 Possunt eligi per vota secreta, seu aperta. decifum 11. Iulij 1592. refert Quarant. Synodus.
- 43 A maiori parte presentium in Synodo approbetur. Massob. loc. cit. dub. 7. & 8.
- 44 Iurentque eiekti ad S. Dei euangelia. Trid. loco citato V. supra, Examinatores.
- 45 Iudices item Synodales eligantur, saltem quatuor. Trid. sess. 25. cap. 10.
- 46 Debent esse in Ecclesiastica Dignitate, aut Personatum obtinere, aut cathedralium Canonici. *ibid.* V. *ide supra.* Iudices Synodales.
- 47 Testes Synodales, saltem septem eligantur. Prou. 5.
- 48 Punctatores eligantur. *Vide supra punctatores.*
- 49 Predicti Testes, & Punctatores iurent. Prou. 4.
- 50 Alij Officiales possunt eligi, nimirum.  
 Consultores S. Officii.  
 Recognitores librorum.  
 Reuifores indulgentiarum.  
 Præf. musica.  
 Syndici Cleri temporalium.  
 Vicarius Monialium.  
 Præf. spiritualis carcerum.  
 Præf. processionum.  
 Præf. orationis publicæ.  
 Pœnitentiarii minores.  
 Præf. disciplinae clericalis.  
 Vicarii foranei,  
 Visitatores.  
 Prior doctrinæ Christianæ.  
 Confessarii clericorum.  
 Præf. fabricæ ecclesiasticæ.  
 Aduocati pauperum.  
 Oeconomi beneficiorum vacantium.  
*Barth. Gauant.*

- Præf. chori.  
 Recognitiones onerum Missarum.  
 Præf. Communiæ Cleri.  
 Dispensatores elemosynarum.  
 Recognitores kalendarii.  
 Reuifores administratorum.  
 Præf. Constatarum.  
 Præf. funeralium.
- 51 Fidei professio emititur in Synodo ab iis, qui nondum in ea emiserunt. Trid. sess. 24. cap. 2.
- 52 Nimirum beneficiati. *ibid.*
- 53 Et alij, qui tenentur ex decreto. Prou. Med. 1.
- 54 Vel per se, vel per procuratorem cum speciali mandato. Massob. dub. 40. 43.
- 55 Euulgentur in Synodo decreta vltimi Conc. Prouincialis. Massob. dub. 5. & 6.
- 56 Item decreta Trid. de residentia. sess. 6. cap. 1. & sess. 23. cap. 1. vt *ibid.* dicitur.
- 57 In Prouincia Mediolan. leguntur etiam Bullæ Pii II. de male promotis, & Pii V. de Confidentibus. Prou. 3. & 5.
- 58 Item de vita, & honestate cleric. Prouinc. 1. & 4.
- 59 Item diuinis officiis. Prou. 1.
- 60 Item de Chori disciplina. Prou. 5.
- 61 Item monitiones ad Clerum. Prou. 4.
- 62 In fine non interrogatur Clerus, per verbum: *placetne vobis.* Cong. Concil. 27. Aprilis 1592.
- 63 Indicitur futura Synodus.
- 64 De oratione publica, & acclamationibus, quæ in Diœcesana Synodo committi possunt. Carem. Episc. lib. 1. cap. 31. *Vide Gau. loco cit. par. 2. in fine & 3. cap. 10. & 11.*  
 Plurima idem in toto opere citato.
- 65 Ligant decreta Synodi clericos, & laicos, Episcopo subiectos. Massob. de synod. cap. 4. dub. 77. 78. non autem delinquentes extra Diœcesim. Sà V. Lex. 32.
- 66 Non tenetur Episcopus ea exhibere ciuitati, seu magistratibus eiusdem. Cong. Episcop. 14. Aprilis 1615.
- 67 Neque tenetur ea mittere Romam. Piafec. in prax. Episc. par. 2. cap. 2. num. 12. V. Casus reseruari. num. 16. Dispensatio. num. 9. Vicarius foraneus. num. 14.

## Tertiarij.

- 1 Tertiarii habitantes in domibus propriis, subditi sunt foro sæculari.

N 3



- Iari. Cong. Episcop. 17. Maij 1583
2. Tertiaria non viuentes simul, Ordinario subiecta sunt. eadem 20. Martij 1584. 20. Decembris 1616. \*
  3. Eadem habitantes in domibus proprijs, non emittant votum substantialē ibidem habitandi. ead. 22. Martij 1583.
  4. Non vestiuntur habitu Ordinis sine licentia, Episcopi, qui eas probet, & sint saltem quadragenaria, & quæ de suo possint ali, & cum affinis in primo sãm gradu cohabitent eadem 1616. \*
  5. Prohibetur iisdem velum supra caput, quod superiectum vocant i pectorale, idest, sottogola, & scapulare, ne videantur esse Moniales. *ibid.*
  6. Si opus est, compellantur ab Ordinario, vt ea deponant. *ibid.*
  7. Possunt extra Pascha sumere Sacramenta in alijs ecclesijs, vbi voluerint. eadem 26. Iunij 1615.
  8. Viri, qui collegialiter viuunt, aut cum claustralibus habitant, exempti sunt ab Ordinario, quoad sepulturam & alia priuilegia. Congreg. Episc. 1619. Cong. Conc. 1608. edito Decreto. \*
  9. Mulieres collegialiter viuentes, seu cū claustralibus degentes, ac mulieres, virginalem, seu ecclibem vitam ducētes, expresso voto non solēni, & sub decenti habitu Regulariū, gaudent priuilegijs, fratru, quotū Tertiæ Regulæ habitum gestant. Leo X. Anno 1516. 1518.
  10. Mulieres, quæ expresso voto castitatis, & cum habitu Tertiariarum viuunt, etiam si domi habitent suæ, exempta sunt ab Ordinario, quo ad sepulturam, & alia priuilegia, si habent. Congreg. Episc. 1616.
  11. Non eligentes sepulturam, sepeliuntur in communi earum sepulchro, si adest, aliās in Parochiali eadem *ibid.*
  12. Ea, quæ conditiones in Bulla aurea Pii. IV. contentas adimpleuerint, & habitum receperint, possunt, etiam inuito, & minime requisito Parocho, in ecclesijs fratrum sepeliri. eadem 11. Decemb. 1615.  
*Eucharistiarum. 3. Fri. Priuilegium. nu. 21. 23. Regularium iura sub Episcopis. nu. 53. Regularium iura circa Tertiarias, per totum.*

## Testamentum.

1. Ad pias causas valet coram duobus testibus, etiam si sint mulieres. *Sylu. Testamentum 1. quest. 7.*
2. Pertinet ad iudicem ecclesiasticum. *idem ibid. Tertium.*
3. Relictum ad pias causas per solemne testamentum, reuocatur per non solēne ad pias causas. *idem ibid. Quartum.*
4. Licet institutio facta per mutum non valeat, tamen valet in relicto ad pias causas. *idem ibid. Sextum.*
5. Potest quis decedere testatus, & intestatus in relictis ad pias causas. *idem ibid. Quintum.*
6. Filius familias in aduentitijs bonis, si vsusfructus est patris disponere non potest ad pias causas. *idem ibid. 9. 4.*
6. Si vsusfructus est filii, potest. *Bart. Nō potest. Bald. quem sequitur Sylu. ibid.*
8. Non potest prodigus ad pias causas post interdictum. *idem ibid.*
9. Potest vsurarius publicus, & quicumque peccator notorius. *idem ibid. contra Bartol. cum Bald. & Pan.*
10. Item damnatus ad mortem, si retinet bona vsque ad mortem, potest ad pias causas. *idem ibid.*
11. Si non est penitens, nihil recipiat ecclesia. *ibid. recipi potest, ait Sylu. ibid.*
12. Excommunicatus potest ad pias causas disponere. *ibid.*
13. Valet vltima voluntas ad pias causas, licet non instituat ibi hæres, vel non adeatur hæreditas, vel deficit alia solemnitas. *idem ibid. quest. 5. Tertium.*
14. Si dicat testator: cōmito omnia bona mea arbitrio Titii: tenetur Titius ea distribuere in pias causas. *idem quest. 9. Quintum.*
15. Potest Episcopus compellere executores in legatis ad pias causas, saltem vt delegatum, si non acceptat executionem. *idem Testam. 2. qu. 3. Primum.*
16. Sede vacante potest Capitulum eundem compellere. *ibid. Tertium.*
17. Intellige de Episcopo domicilii, nisi in loco originis essent facultates *ibid. Quintum. sibi fit executor.*
18. Vel de Episcopo executoris compellendi *ibid.*
19. In legatis soluendis ad pias causas tem-



- tempus est sex mensium. *ibid.* idest, quoad pœnam soluendi interesse.
- 20 Executore non exequire, post duas monitiones, in legatis ad pias causas deuoluitur executio ad Episcopum. *ibid. quæst. 8. Primum.*
- 21 Et deuoluitur post annum à die mortis. *ibid.*
- 22 Etiam quod executor non potuerit exequi. *ibid.*
- 23 Deuoluitur ad Episcopum executio quoque ad non pias causas post annum. *ibid. Tertium.*
- 24 Non potest excludi Episcopus à testatore in executione ad pias causas. *ibid. Quartum.*
- 25 Neque prohibere potest testator, non reddi rationem Episcopo ab ex-  
ecutore. *ibid. Quintum.*
- 26 Potest negligens hæres priuari tota hæreditate. *ibidem. quæst. 10. Quartum.*  
*V. Bona Ecclesiastica. num. 19. 40. Canonico-  
rum distributiones num. 68. Episcopus .  
num. 39. & seqq. Forum Episcopale num.  
21. & seqq. Regularium iura sub Episco-  
pis. num. 60. Residentia. numero 3.*

Theologalis prabenda.

- 1 Vbi non est, constituatur primo vacatura, vel alia ratione instituat. *Trid. sess. 5. cap. 1.*
- 2 Vacatura scilicet, non in mense Apostolico. *decisum refert Garz. par. 5. cap. 4. num. 164.*
- 3 Vbi locus est optioni, ea erit Theologalis, quæ vacat post optionem. *decisum à Congreg. Concil. 6. Iulii 1592.*
- 4 Erecta Theologali præbenda non potest optari à sequenti Canonico. *decisum refert Moneta. de optione cap. 3. par. 6. num. 129.*
- 5 Neque obtinens eandem potest optare viliam. *decisum refert Garz. in addit. ad d. cap. 4. num. 134.*
- 6 Si collatio præcedente pertinet ad inferiorem Episcopo. electio tamen persone ad Episcopum. *decisum refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 9. §. 2. num. 83.*
- 7 Instituat. etiam in Collegiatis, negandum in cathedralibus primo vacatura ad hunc usum. *Prou. r.*
- 8 Quando vacet fiat concursus, nisi ad Papam spectet collatio. *Prou. 5.*
- 9 Idoneis tantum conferatur. *Trid. loc. cit.*
- 10 Tempus, hora, & materia pro lectionibus remittitur arbitrio Episcopi. *decisum 11. Ian. 1594.*
- 11 Conceduntur lectori Theologo distributiones pro tota die, qua legit. *decisum refert Garz. par. 3. cap. 2. num. 118.*
- 12 Si tamé matutinum recitetur in Choro pridie diei quo legitur, tenetur eidem interesse. *decisum refert idem ibidem.*
- 13 In Cathedrali salté die festo legatur Scriptura sacra, arbitrio Episcopi. *Prou. 5.*
- 14 Potest vacare mense Iulio, Augusto, & Septembri. *decisum refert Garzia loco cit. num. 156. 157.*
- 15 Scholares audientes in Cathedralibus non gaudeat iisdem privilegiis, quibus alii in publicis Academiis. *decisum refert idem ibid. num. 117.*
- 16 Theologo legente casus conscientiarum, possunt cogi presbyteri ad eum audiendum. *Cong. Episc. 16. Martii 1593.*
- 17 Idem respondeat gratis. Theologicis quæstionibus ab Episcopo, vel aliis consultus. *Prou. 5.*
- 18 Theologali præbenda vacante, potest Episcopus applicare fructus ei, qui interea supplet. *Cong. Episc. 26. Ian. 1594.*
- 19 Vbi viget consuetudo, quod detur à Capit. stipendium perpetuum Theologo, qui doceat ea seruetur, & potest conduceri ad triennium. *Congreg. Concil. 14. Maii 1598.*
- 20 Vbi non inuenitur canonicus Theologus, dandi erunt fructus totius præbendæ superiori alicuius monasterii qui Theologum suppediet. *Congreg. Conc. 24. Maii 1591.*  
*V. Ludimagistri. num. 3.*

ADDITIO.

- 1 Rectio Theologalis Præbendæ nõ fit in cathedralibus. Regularibus, vbi præbendæ non sunt distinctæ, sed cogendi sunt Monachi, vt promittant de lectore Theologo. *Cong. conc. 9. Sep. 1573. apud Barb. de cano. cap. 27.*
- 2 Fit in Collegiatis, quarum præbendæ sunt de iure patronatus laicorum, *decisum refert Garz. de benef. par. 5. c. 4. n. 162.*
- 3 Non est in optione Episcopi primam præbendam vacantem assignare pro



Pœnitentiario, sed pro Theologo, ex *Trid. sess. 5. cap. 1.* si fiat secus, habenda est confirmatio à Papa.

- 4 Præbenda debet esse integra, decisum refert *Garz. loco cit. num. 128.*
- 5 Si vacaret præbenda insufficientis, potest Episcopus, altera vacante, ambas applicare Theologo, dummodo canonici habeant sufficiens stipendium. *Cong. conc. 16. Febr. 1619.*
- 6 Canonicus Theologus, qui resignavit in manu Ordinarij præbendam Theologalem, potest obtinere mediante optione pinguiorem præbendam cum retentione sui stalli in choro. *Congreg. Rit. 2. Sept. 1597.*
- 7 Stante consuetudine in Cathedrali, vt per quemlibet Canonicum habentem præbendam Canonicatui annexam obtineatur vna ex Dignitatibus in eadem Ecclesia, quæ nullum habet emolumentum, sed solum sedet supra canonicos, potest canonicus Theologus dictam Dignitatem obtinere. *Cong. conc. 18. No. 1628.*
- 8 Theologus sedet in loco sui canonicatus, decisum refert *Garz. in addit. ad par. 5. cap. 4. num. 111.*
- 9 Potest Episcopus cogere Theologum ad legendum vsque ad priuationem præbendæ, decisum refert *Barbos. de canon. cap. 27. num. 30.*
- 10 Si ex infirmitate non potest legere, nõ tenetur ponere substitutum; quando vero est ponendus, electio est Episcopi, decisum refert *Garz. par. 5. cap. 4. n. 159.*
- 11 Non solum lucratur distributiones legitime ob lectionem absens, sed etiam emolumenta alia interessentibus dari solita. *Cong. conc. 12. Aug. 1628.*
- 12 Ad hanc lectionem sacre scripturæ tenetur clericus accedere, & ab Episcopo potest cogi. *ead. 11. Aug. 1618.*

#### *Torneamentum.*

- 1 **T**aurorum, & ferarum agitatio prohibita fuit sub pœna permittentibus excommunicationis ipso facto. *Pius V. Anno 1567.*
- 2 Qui obierit ibi cum feris congregiens careat ecclesiastica sepultura idẽ *ibid.*
- 3 Clerici, si intersint, siue beneficiati, siue in sacris, excommunicatione puniuntur. *ibid.*

niuntur. *ibid.*

- 4 Ordinariis præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, vt impediunt pœnis & censuris. *ibid.*
- 5 In Regnis Hispaniarum prædictæ pœnæ sunt reuocatae his conditionibus; ne fiat in diebus festis, & ita, vt non possit alicuius mors sequi. *Greg. XIII. Anno 1575.*
- 6 In iisdem Regnis eadem concessit Clem. VIII. adhortans clericos, ne hac benignitate abutantur. Anno 1596.
- 7 Aliquo ibi occiso, vel mutilato, irregulares sunt omnes qui illuc fuerant causa pugnandi, licet non occiderint, aut mutilauerint. *Syluest. V. Torneamentum.*
- 8 Episcopus dispensare poterit cum iisdem *ibid. V. Sepultura. num. 23.*

#### *Tutela.*

- 1 **M**iserabilium personarum omnes Religiosi, Clerici, & Episcopi tenentur recipere tutelam. *Sylu. Tutela 9. 3.*
- 2 Episcopi non per se ipsos, sed per Archipresbyterum, vel Archidiaconum. *idem ibid.*

#### *Vicarius Capitularis.*

*Vide Capitulum sede vacante.*

- 1 **D**eputatus in causa hæresis debet attingere annum ætatis suæ quadragesimum; alias gesta per eum nulla. *Sbroz de Vic lib. 1. quest. 55. num. 8. V. Archidiaconum. num. 8. Concilium Provinciale. num. 11. 54. Matrimonij impedimenta. num. 29. Præcedentia. n. 30.*

#### **A D D I T I O.**

- 1 **N**on debet occupare sedem primæ Dignitatis, sed aliam sedem portatilem. *Cong. Rit. 11. Apr. 1601.*
- 2 Non potest dare licentiam erigendi noua Monasteria. *Cong. conc. 19. Fe. 1633.*

#### *Vicarius foraneus.*

- 1 **A**d hoc munus eligantur Archipresbyteri, Archidiaconi, & Præpositi, aliue in dignitate ecclesiastica constituti sin minus Rectores, qui sunt apti. *Prou. 2.*

2 Et